



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, 1663**

S. Golinducha M. 11. Iulii.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41940**

S. GOLINDUCHA M. II. IULII.

P Arciūs multi cœnarent, si cuin GO-  
LINDUCHA nobili apud Persas matro-  
nā. Epulo assidebat illa, cùm ecce tibi,  
dum alii gulam, ipsa Superis invitanti-  
bus oculos suos pascit. Tollit hos Cælo,  
& quæ Cælites convivia astitent, spectat;  
poni ambrosiam, misceri nectar videt in-  
videtque. Inde ad inferos demittit, &  
esurire micam, sitire guttam epulones,  
interque hos, prō dolor! etiam paren-  
tes suos advertit. Ipsa scilicet ad Chri-  
stum Christiq; fidem se vertit. Succensuit  
conjunct, sociamque thori ad Saporem  
Regem fide minimè maritali desert. Hic  
octo ipsos annos in carcerem; tum qua-  
tuor menses in antrum campingit à dra-  
cone infessum. Cùm hoc etiam mon-  
strum virtus domuisse, in infamem cel-  
lam abducitur; sed hinc à Tutelari Ange-  
lo educitur. Inde ad supplicium rapitur;  
sed ab hoc iterum eripitur, quod tamen  
nimium quantum sanguinem pro Chri-  
sto gestiret fundere, vulnus in jugulo, sed  
ab' hujus cruento medicinam omnis id loci  
ager accipit. Hoc porrò monili superba  
GOLINDUCHA cùm locos à viris sanctis  
nobilitatos permultos adiisset, cælo tan-  
dem se intulit, & inde ad Saliares epulas  
suas etiam oculos Marianorum invitat.

Ex Menais & Thcophylacto.

Ecc 3

Quid

Quid tam pavendum, quid tam plenum  
anxietatis, & vehementissime solicitudi-  
nis excogitari potest, quam judicandum a-  
stare illi tam terroris tribunali, & incer-  
tam adhuc expectare sub tam districto judi-  
ce sententiam? S. Bern. serm. 8. super B.  
Qui habitant.

S. JOANNES GUALBERTUS.  
12. Julii.

**E**Nvatum, en pauperum Patrem, en  
Ascetarum Magistrum, miris multis  
maximisque illustrem! Nosse vis unde illi  
haec artes? semina audi melioris vitæ. Pe-  
tit JOANNES armigero stipatus Floren-  
tiam patriam urbem: angusto in calle ob-  
vium habet hostem à cognato sanguine  
calentem. Scilicet in iras animus, in gla-  
dium GUALBERTUS assurgere, & par-  
ricidium certè homicidio velle pensare.  
Quid ageret saxum inter & aram hostis?  
Ecce bonum in arenâ consilium! ad ge-  
nua irati descendit, utque ignoscat per  
orantem e cruce pro hostibus suis Patro-  
num Christum orat. Quid exspectas?  
vincit brevis, sed fortis eloquentia, iris  
animum, ferro manum exarmat. ver-  
bo, amici discedunt. Sub haec in ædem  
sacram JOANNES pergit, & ecce Icon  
suffixi in crucem Christi capite annuens,  
gratias habet ex suo nomine inimico ve-  
niam non neganti. Quid ad ista, ô Pyr-  
rhæ